

tempore restitutionis restitui debeat æstimatio, quam facile maritus habere eo tempore potest, saltem distrahendo res illas in dotem datas, Quocirca vna cum ipso Didaco arbitrator dubiam esse admodum receptam hanc traditionem.

Declaratur ostendit, ut non habeat locum, quando æstimatio non æquivaleret ipsi rei, sed est longe minor. Nam & tunc non præsumitur facta venditio, sed res manent dotales. Ita Bal. Salic. Inf. & Dec. in lex conventionione, C. de pact. idem Bald. in l. 1. quæst. 3. C. commod. Aretin. in consil. 84. num. 4. Barb. in consil. 19. col. 4. lib. 4. Inf. in l. 1. num. 13. in fin. C. de iure emphyt. & in consil. 45. num. 3. lib. 1. Socin. Jun. in consil. 141. num. 21. lib. 1. Ioan. Lup. in cap. per vestras, super tex. §. 2. num. 4. de donat. inter vir. & vxor. & Didac. in d. et cap. 28. num. 9. qui quidem recte intellexit procedere, quando æstimatio facta fuit pretio minus iusto ex deceptione ultra dimidiam. Et enim hoc in casu ob maximam iusti pretij diminutionem, vel augmentum præsumitur ad alium effectum factam fuisse æstimationem, non autem ad conficiendum emptionem.

Declaratur non dicitur, ut non procedat, quando æstimatio facta est tempore traditionis, vel constitutionis dotis, aut paulo post, secus vero est, quando dote ipsa tradita, ex intervallo postea, & constante ipso matrimonio facta est æstimatio. Hæc enim non facit emptionem, cui verisimile non sit contrahentes novatione voluisse à primo contractu recedere. Et præterea nec donatio fieri potest inter vir. & vxor. quæ ex hac æstimacione sequi possit. Ita Bald. Salic. Inf. & alij in lex conventionione, C. de pact. Aret. in consil. 84. col. 2. Barb. in consil. 19. col. 4. lib. 4. Ioan. Lupus in cap. per vestras, §. 2. num. 4. de donat. inter vir. & vxor. Neviz. in lib. 2. sylvæ nupt. num. 72. ver. scilicet limita secundo. Socin. Jun. in consil. 141. num. 24. lib. 1. & Didac. in dict. cap. 28. col. penult. versiculo 11. illud.

Declaratur decimò, ut non procedat, quando maritus nomine dotis accipit pecuniam, & prædium, & promissit restituere pecuniam, & de pretio fundi nullam mentionem fecit, præsumitur conventum, quod fundus esset dotalis. Ita Hier. Gabr. in consil. 60. nu. 2. lib. 2.

Declaratur undecimò, quando maritus, accepta pecunia, & fundo dotis causa obligavit bona sua pro restitutione pecuniarum, pro restitutione vero fundi nihil dixit. Hoc etiam casu fundus manet dotalis. Hier. Gabr. in d. consil. 60. num. 3.

Declaratur duodecimò, ut locum non habeat, quando maritus accepto fundo nomine dotis impendit ex fructibus perceptis ex bonis ipsius & mulieris in meliorando ipso fundo. Hoc etiam in casu censetur maritus declarasse fundum illum esse dotalem. Ita Hier. Gabr. in d. consil. 60. nu. 4. vers. 3. quia.

*Pretium rei venditæ recipientem, venditionem ipsam approbasse atque ratificasse præsumi.*

S V M M A R I V M.

- 1 Pretium rei sue venditæ recipientem, præsumitur venditionem approbare.
- 2 Contractum confirmatum & ratum habere minor præsumitur, solutionem recipiendo, aut pretium numerando.

P R A E S V M P T. LXXV.

VI rei propriæ venditæ pretium recipit, venditionem ipsam approbasse, atque ratificasse præsumitur. Ita respondit Scauola in l. quidam, ff. de euit. quo loci Bart. distinguit tres casus. Et illi secuti sunt Rom-

in consil. 87. Socin. Jun. in consil. 84. num. 3. lib. 2. & Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glof. 9. num. 137. Hæc facit text. l. Jul. §. vlt. cum l. seq. ff. ad S. C. Maced. quo adductus respondit Aret. in consil. 128. num. 6. minorem præsumi confirmare ratumque habere & contractum, quando solutionem recepit, vel pretium ipse numeravit. Et alia his similia congesti in commentarijs de re. cup. posses. remed. 15. num. 119. & multis seqq. conferunt etiam ea, quæ de ratificatione scripti superiore lib. in præsumpt. 39.

*Pretio simpliciter promisso, quæ moneta promissa præsumatur?*

S V M M A R I V M.

- 1 Pretium in contractu promissum, de pecunia in loco frequentata præsumitur.
- 2 Pecuniarum legans testator, præsumitur de vsuali & currenti intellexisse.
- 3 Moneta mentio facta in statutis, intelligitur de currenti.

P R A E S V M P T. LXXVI.

Non semel ex factis evenit, ut contrahentes non declararet, cuius moneta esse debeat pretium promissum, puta ab emptore, conductore, & similibus, quare ambigi solet, quæ moneta præsumatur promissa. Recepta est omnium sententia, præsumi & promissam monetam vsualem, & in loco frequentatam. Ita Fabianus in tractatu de emptione & venditione, in 5. quæstione principali num. 14. & 15. Socin. Sen. in consil. 247. nu. 4. lib. 1. Dec. in l. semper in stipulationibus, num. 8. & ibidem Cagn. num. 5. vers. actum pariter, ff. de reg. iur. qui alios recentent. Et secutus est Mysing. in tractatu observatorum, centuria 4. Observatio. 15. & illi accedit Rub. in consil. 17. col. 1. qui eiusdem sententiæ recenset Oldrad. in consil. 250. & Corneum in consil. 321. lib. 3. Et de eadem facti speciem cum Rubeo responderunt Cur. Ian. in consil. 24. Alcia. in respon. 118. & Purp. in consil. 522. Ita quoque dicimus in dispositione testatoris, ut si testator legat pecuniam, præsumitur legasse vsualem, & currentem, si Imperator. in fil. si feruus plurium, §. vlt. vbi Doct. de leg. 1. & suo loco dicemus.

Sic dicimus statuta, quæ monetæ mentionem faciunt intelligi debere de moneta vsuali, & currenti. Ita Fulg. in consil. 72. nu. 2. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glof. 18. num. 63. & Mysing. in d. obf. 1. ad fin.

*Vinum in dolio vendens, an & dolium vendidisse præsumatur?*

S V M M A R I V M.

- 1 Vinum in dolio vendens, non præsumitur vendere dolium. Attendendam tamen loci consuetudinem. num. 4.
- 2 Vino legato, dolia legata non præsumi, secus de vasis & cuppis.
- 3 Dolia apud antiquos, quæ vasa fuerint.

P R A E S V M P T. LXXVII.

VI vinum in dolio existens vendit, dolium ipsum non vendidisse præsumitur. Ita Lucas de Penna in l. 3. præsumpt. 118. C. de apoch. publ. l. b. 10. & idem sensit Bartol. in l. 3. §. 1. ff. de tritico, vino, oleoque legato, quem secutus est Boer. in quæst. 177. num. 8. quam sententiam probant responso Vlpiani in l. 1. §. vlt. ff. de periculo & commod. rei vend. cuius verba hæc sunt, si doliare vinum emeris, hæc de tradendo eo quidquam con-

P R A E S V M P T. LXXIX.

generis, id videlicet actum, ut arce evacuaretur, quam ad venditiam opera eorum futura sit necessaria, &c. his significavit Vlpianus, dolia vendito vino non censeri vendita, alioquin vana fuisset dubitatio, quo tempore evacuari deberent ipsa dolia. Sic etiam Vlpianus in l. 3. §. 1. ff. de tritico, vino, oleoque legato, respondit, legato vino, & non præsumi legata dolia maxime si depreffa in cella vinaria fuerint, aut ea sunt, quæ per magnitudinem difficile mouentur. Cum vero vinum est in vasis, & cuppis, eo legato, censentur legata & ipsa vasa, & cuppæ, ut Vlpianus ipse in d. §. 1. respondit. Nec aliter de vasis, & cuppis, vino vendito, respondisset ipse Vlpianus in d. l. 1. §. vlt. ff. de periculo, & commod. rei venditæ, vbi de dolijs tantum loquitur, quæ nec vendito, nec legato vino accedunt. Erant enim apud antiquos & dolia vasa amplissima, & capacissima. Sicuti ex l. quid sapè. §. penult. ff. de contrahen. empt. Hotomanus in commentarijs verborum iuris, in verbo, Doliarum, & auctoritate Columellæ egregie explicat Ioan. Bræcheus in l. vinaria, ff. de verb. sign. sic. qui scribit, in eis reponi consueuisse & alias res præter vinum, cum sine vino essent. Et propterea cum ad alios etiam vsus essent destinata, nec è loco, & cella vinaria moveri consueuissent, vendito, vel legato vino, non accedebant, vasa vero & cuppæ cum parua essent, & vsu consueverunt; contrahentium cum vino vendito transferrentur, ita vendita cum illo dicebatur.

Quocirca Bart. & Boer. consuetudinem & locorum observandam esse scripserunt.

*Vendere nolle præsumitur is, qui immediatè cum pretium petit.*

S V M M A R I V M.

- 1 Vendere nolle, & pretium immediatè petere, paria sunt.
- 2 Contrahentes, nil præsumitur agere voluisse, conditionem impossibilem si contractu ad egerint.

P R A E S V M P T. LXXVIII.

Paria quidem esse intelligimus, nolle omninò vendere, vel dicere, velle vendere, & petendo pretium immodicum, cum nil aliud sit hoc postremum, quam tacite emere volentem repellere. Ita Lucas de Penna in l. 3. præsumpt. 81. C. de apochis publicis lib. 10. hoc colligens ex responso Caij, l. non dubium, §. vlt. de leg. 3. cuius verba hæc sunt. Sed si cui legatum relictum est, ut alienam rem redimat, vel præstet si redimere non possit, quod dominus non vendat, vel immodico pretio vendat, iustam æstimacionem inferet. Hæc Caius.

Et responsum hoc annotarunt Bar. ibidem, Castren. & reliqui.

Est simile quod dicimus, præsumi contrahentes & nil agere voluisse, quando conditionem impossibilem contrahenti adijciunt. Sic scripsit idem Lucas de Penna in d. l. 3. in præsumpt. 174. adductus auctoritate glof. in l. non solum, ff. de act. & oblig.

*Emptorem tradentem rem, præsumi habere fidem de pretio.*

S V M M A R I V M.

- 1 Emptionis contractus substantiam recipit à pretio.
- 2 Emptio pretio non intercedente, non consistit.
- 3 Pretium statim numerari, vel fidem de eo haberi, ad contractus perfectionem sufficit.
- 4 Venditore rem tradente, fidem de pretio habere, præsumi.

Emptionis, venditionisque contractus substantiam recipit à pretio, §. pretium, in Institut. de emptio. & vendit. & scripti copiosè in consil. 31. num. 5. vbi explicauit quæ dicantur substantia, quæ naturalia, quæ solemnia, & quæ accidentalia contractus. Nisi ergo intercedat pretium, & emptio ipsa non consistit, d. §. pretium. Verum nil refert, quod statim & numeretur pretium, vel de eo fides habeatur, dicit §. pretium, & ibidem Doctor.

Quare venditore ipso rem tradente, constituto tamen pretio, fidem de eo habuisse præsumitur. Ita Lucas de Penna in l. 3. in præsumpt. 112. C. de apoch. public. lib. 10. Id quod colligit ex l. si solutus, in fin. ff. de solutio.

*Emerere, & alios contractus celebrare quando palam de bona fide præsumatur tutor cum pupillo cuius tutelam gerit?*

S V M M A R I V M.

- 1 Tutori cum pupillo palam contrahere permissum, clam vero prohibendum.
- 2 Ratio ad evitandas fraudes, & ut illarum cesset suspicio, numero 2.
- 3 Tutoris contractus cum pupillo bona fide factus, valet suspicione fraudis cessante.
- 4 Auctoritas tutoris adhibenda in contractu à pupillo incundo non est ipsius contractus substantia.
- 5 Actus substantialem immutari non posse.
- 6 Auctoritas tutoris cur in contractu adhibeat.
- 7 Auctorari sibi tutor potest, vbi de pupilli commodo agitur.
- 8 Tutor palam, & bona fide contrahit, coram iudice bene informato.
- 9 Item coram amicis, & consanguineis, num. 9.
- 10 Adhibita auctoritate tutoris, num. 10.
- 11 Tutor dicitur clam contrahere, si tam occultè fiat, ut de eius interesse agatur non appareat, aut non adhibeatur eorum presentia, aut auctoritas, quæ necessaria erat, num. 12.
- 12 Vel confecta quidem scriptura, & testibus adhibitis, illis tamen ut taceant, si dictum sit, num. 14.
- 13 Aut contrahat tutor per personam interpositam, num. 15.
- 14 Contutore dato vnus sine altero rectè non contrahit.

P R A E S V M P T. LXXX.

Recepta, & vera est interpretum sententia, tutori & permissum quidem esse, palam suo cum pupillo contrahere, clam vero non esse, ut fraudes, quæ ab illis administratoribus committi solent, quantum fieri potest, evitentur. Ita gl. in l. si ab emptione, §. vlt. ff. de contrahen. empt. & in l. tutor rerum, ff. de administr. tut. Bar. in l. singularia, num. 7. ff. si certum pet. & in l. pupillus, §. vlt. ff. de aucto. tut. Ang. in consil. 16. col. 1. Abbas in consil. 68. col. vlt. lib. 1. Inf. in l. principalibus, col. 3. vers. sic. 7. limitatur, ff. si cert. pet. Soc. Sen. in consil. 87. nu. 5. lib. 1. Ruin. in consil. 42. num. 9. l. b. 1. Dec. in d. l. singularia, num. 56. qui communem esse opinionem testatur, & Ripa in l. 1. §. fuit quæ situm, nu. 8. ff. ad Treb. Et probatur l. pupillus, §. vlt. ff. de auct. tut. & l. eui ipse, C. de contrah. empt. Et accedit ratio, quæ contrahendo palam cessat fraudis suspicio, l. non existimo, ff. de admin. tut. quæ impedit solet, ne tutor cum ipso pupillo contrahat. Nec repugnant aliquot iura, & argumenta, quibus Accursius in d. l. singularia, & manifestus lo. Coraf. in lib. 6. Miscell. iuris, cap. 14. num. 4. à communaliorum sententia recesserunt. Et primò quidem text. l. si in emptione,

ptione, §. vt. ff. de cotrah. empt. quo loci absolute respodit iurise, tutorem emere non possit rem pupilli. Verum respondetur in relligi quando dubium esse potest, pupillum posse ladi, & aliquod detrimentum capere, secus si clarum est, non adesse damnum, sed potius lucrum. Nā (vt diximus) ubi cessat fr̄udis suspicio, contractus bona fide factus valet.

Secundo asserri solet argumentum, quod substantia obligationis contrahendæ per pupillum, est ipsa tutoris auctoritas, l. obligari. vbi gloss. & Bart. ff. de auct. tut. Atqui non potest tutor sustinere vices duorum, nempe tutoris, & contrahentis, l. pupillus. §. item ipse tutoris, ff. de auct. tut. & præsertim in obligatione de nouo contrahenda, l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebellianum. Ergo, &c.

Verum respondetur, quod imò auctoritas & tutoris adhibenda in contractu à pupillo conficiendo, non est de substantia ipsius contractus, al. oqui non posset suppleri eius præsentia, & auctoritas per iudicis auctoritatem, quam sufficere mox dicemus. Non enim ea quæ sunt de actus & substantia mutari possunt, l. pacta cõuuenta, ff. de cotrah. empt. cum dixit Vlp. nouum esse actū, mutata primi confecti actus substantia, Auctoritas itaq; & tutoris non alia de causa adhibetur, quam ne pupillus iudicio carens decipiatur. Quæ sanè deceptionis suspicio omninò cessat in contractu palam, & bona fide gesto. Et cum non agitur de damno, sed potius de lucro pupilli, potest tutor & sibi auctorari. l. quod dicimus, ff. de auct. tut. & in specie tradunt Ioan. Andrez in c. qui tacet, in fine, de regul. iur. in 6. Socin. Sen. in consilio 87. num. 5. lib. 1. Corasius in lib. 6. Miscell. iuris, cap. 15. in fine, quod esse non posset, si hæc auctoritas esset de substantia.

Tertio vrgere videtur l. non licet, ff. de cotrah. empt. juncta interpretatione glossæ, ibi, cū enim dixisset Marcia, non licere illis qui officia gerunt, emere per se, vel alium, Accursius interpretatus est, siue publica existit, siue priuata, quemadmodum sunt illa tutorum, & curatorum.

Cæterum respondetur, Martianum loqui de his tantum, qui publica gerunt officia, quales sunt magistratus, & reliqui qui iurisdictioni præsent, iuxta l. principalibus, ff. de cer. pet. Præterea, & secundo respondetur, responsum Martiani esse intelligendum, quando est dubium, quod ex eo contractu aliquid detrimenti sentire potest subditus, cum quo magistratus ille contrahit, atque ita quando non palam, & non bona fide contrahitur. Ita post alios declarat las. in d. l. principalibus, col. 3. vers. 7. prædictam. Et simili declaratione explicauimus supra, l. si emptiones, §. vt. ff. de cotrah. empt. Est itaque vera recepta illa sententia, tutorem posse palam, non autē clam cum suo pupillo contrahere.

Cæterum apud nostros dubitari contingit, quando præsumatur tutor palam, & bona fide contrahere cum pupillo? Hic ego dicam primum, quando palam, deinde subnectam, quando clam præsumatur contrahere. Et primo quidem palam, & bona fide contrahit, quando & contractus coram iudice bene informato celebratur. Ita Bart. in l. frater à fratre, num. 50. vers. 3. quæro, ff. de condi&. indeb. Alex. in l. transactione, in fin. C. de transact. Curt. Iun. in consil. 67. nu. 3. in fi. & Alc. in tract. de præsump. reg. 1. præf. 2. adducti sunt omnes textu l. vt. vbi gl. ff. quod met. caus. Dissentire tamen videtur Curt. Iun. in consil. 29. num. 12.

Secundo palam celebrari dicitur contractus, quando coram amicis, & cõsanguineis conficitur. Ita gl. in leg. Pola, in gl. magna, C. de ijs quibus, vt indign. & ibi Bal. Iaf. in l. bonorum, num. 4. C. qui admitti. Dec. in l. singularia, numer. 10. ff. si cert. petat. Petrasancta in sing. 57. & Curt. Iun. in consil. 29. numer. 12. Et si ab his dissen-

tiant Alc. in dict. præsumpt. 21. & Cora. lib. 6. Miscell. 14. in fin.

Tertio palam dicitur geri contractus, quando adhibetur & contrahentis auctoritas, l. non ex illi mo. ff. de adm. tut. & in specie annotauit Corasius in d. cap. 14. num. 5. sicuti e contra diceretur clam fieri, quando adisset contrahentis, & sine eius auctoritate celebraretur contractus, vt statim dicemus.

Clam verò contractus geri, atque celebrari præsumitur, diciturque multis modis. Primo quando ita occultè conficitur, vt sciri, & cognosci non possit ab eo, de cuius interesse agitur. Ita Bar. in l. 2. num. 1. C. de ijs, qui ex public. ratio. lib. 10. Dec. in l. quo tutela, num. 1. de regul. iur. & in consil. 399. colum. vltim. & Paris. in consilio 57. nu. 12. lib. 2. adducti tex. l. 3. §. vt. ff. quod vi aut clam. Et scribunt omnes in l. clam possidere, in princ. ff. de acquir. possess.

Secundo clam geritur contractus, quando non adhibetur præsentia, & auctoritas eorum, qui adesse, & auctoritatem suam impertiri debent, sicuti si requireretur iudicis præsentia, & illa non adhiberetur. Ita Bar. & Dec. præcitat in locis. Et confert gloss. in cap. vlt. in verbo, clandestina, de clandest. despons. dum explicat, trib. modis matrimonium clandestinum celebrari. Et ex prædictis sequitur, quod quando adest contutor, non potest vnus eorum sine & altero agere, & contrahere, alioqui clam contrahere dicitur. Bald. & Castr. in d. l. cū ipse, C. de cotrahend. empt. Imola, & Socin. in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 6. ff. ad Treb. & ibidem Ripa nu. 7. in fi. Cagn. in l. singularia, num. 82. & ibidem Bologn. nu. 57. in fin. ff. si cert. petat.

Tertio dicitur clam contrahi, quando conficitur quidem scriptura, & adhibentur testes, & notarius, sed tamen illis & mandatur, vt taceant. Ita scripserunt multi, quos congeffit in commentar. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 194. num. 19. & in consil. 99. nu. 40. vers. 3. respondeo. Et illis accedunt Dec. in l. quo tutela, §. clam, in fine, de reg. iur. & idem in l. singularia, nu. 17. ff. si cert. pet. & ibidem Bologn. num. 57.

Quarto clam dicitur tutor contra here, & quando per interpositam personam contrahit, l. pupillus, §. item si ipse tutor, vers. sed per interpositam, ff. de auct. tut. Nam tunc fraudes, & mala fides præsumitur. Ita in specie respondit Bald. in consil. 347. Titius, lib. 4. & in consilio 311. in quæstione, in fin. lib. 5. Idem scripserunt las. in §. item si quis in fraudem, num. 47. in sit. de actio. Dec. in dict. l. quo tutela, §. elam, num. 2. & ibid. Cagnol. num. 4. de reg. iur. Neuz. in consil. 85. nu. 11. & Craet. in consil. 156. num. 11.

*Contrahentem cum pupillo, non præsumi quod sine tutoris auctoritate contraxerit, vt inde obligetur tutor.*

SVMMA RIVM.

- 1 Lesus contractu, cum pupillo auctore tutore celebrato, aduersus tutorem rectè experitur.
- 2 Filius filiarè patre suadente contrahentes, et si laedantur, de dolo aduersus patrem non agunt.
- 3 Filia vt nubat persuadens patre, ex affectu paterno potius quam dolo præsumitur persuasisse.
- 4 Patris de bonitate, & affectu in liberos lex multum confidit.
- 5 Pater filij minoris bona administrans, sine Patris decreto alienat.

PRÆSUMPT. LXXXI.

**Q**ui suadente tutore cum pupillo contraxit, & læsus apparet, experiri is potest aduersus tutorem, quia iuris,

iuris est præsumptio, quod læsonis causam præberit ipse tutor, sine quo ille cum pupillo alias non contraxisset. Ita hanc iuris præsumptionem colligit Ioan. Andrez in additio. ad Specu. in tit. de præsumpt. §. species, num. 3. vers. in prædictis concord. ex l. penult. §. 1. & 2. ff. quod falso tutore auct. quo loci Vlpianus ita respondit. Qui do lo auctoritatem accommodauit, tenebitur hoc edicto. Sed et si quis filiarè auct. auct. factus sit ad contrahendū, teneatur. Idemque iuris est, si ancillæ, quis tutore auctore credidisset. Nam omnibus istis modis propter tutore decipitur is, qui contraxit, qui aliter cum impubere contrahens non fuit, quam si tutoris auctoritas intercessisset. His significauit, quod ille contrahens nõ contraxisset verisimiliter, nisi suafus fuisset ab ipso tutore, ea propter tutor ipse teneatur, tanquam dolo id suaserit.

Declaratur hæc præsumptio, vt locum & non habeat in patre, qui persuasit contrahere, vt puta si persuasit filia minori duodecim annis, vt nuberet. Nam etsi & filia non erat alias ductura virum, attamen aduersus patrem nulla est actio, cum dolus aliqui excogitari non possit in patre, qui affectus propensione magis, quam dolo id persuasit, sicuti Vlpianus ipse respondit in d. l. pen. §. Iulian. cū enim lex plurimū & confidat de patris bonitate, & amore erga filiu, inde fit, vt non præsumatur, quid dolo agere in detrimentum filij, aut cum filio cotrahentis. Sicuti videmus permillum esse patri & administranti bona filij minoris, alienare sine Prætoris decreto, vt latissimè tradit Octan. Sim. in trac. de decret. in alienationib. bonorum minoris, lib. 3. tit. 8. nu. 9. qui communem esse opinionem testatur, locum hunc retulisse sufficiat.

*Minores, & mulieres contrahentes, præsumi facile lædi, & ob id facile eis subueniendum est.*

SVMMA RIVM.

- 1 Minores, & mulieres ob fragilitatem facile præsumuntur decipi. Idque certis tantum casibus, non autem regulariter, num. 13.
- 2 Minor contrahens cum feneratoro, præsumitur læsus, nisi locupletior factus probetur.
- 3 Venditio pupillum ledens, ficta, & simulata præsumitur.
- 4 Contrahens cum pupillo, præsumitur in mala fide, nec vsucapit. Idem habere locum in contrahente cum muliere, nu. 5.
- 6 Mulier tanquam minor suum præsumitur ius ignorare.
- 7 Renunciatio iuribus suis mulier, minorq. non præsumitur, nisi de eis certiores factos esse appareat.
- 8 Sententia contra se lata si minor non appellet, læsus præsumitur, & restituitur. Id tamen quomodo procedat, num. 9.
- 10 Compromittendo minor præsumitur læsus.
- 11 Appellationis beneficium minori per compromissum aufertur.
- 12 Compromisso coram principe, eoque auctore facto, minor non præsumitur læsus.
- 14 Restitutionem in integrum petens minor, tria probare debet.
- 15 Restitutio in integrum minori competit, etiam si non dolo aduersarij, sed verisimili ignorantia, aut sui facilitate læsus sit.

PRÆSUMPT. LXXXII.

**C**um minorum magna sit, vt, & mulierum fragilitas, facileque decipiuntur, sic lædi & facile præsumuntur, l. 1. & l. 3. §. si quis, in fine, vbi gl. ff. de minoribus, & in l. 1. C. qui, & aduersus quos, & Io. Andrez in additionibus ad Specula. in titu. de præsum. §. species, num. 5. in verbo, in prædict. concord. Hinc dicimus minorem & cum feneratoro contrahentem, præsumi læsum, nisi probetur factus locupletior, leg. 1. C. si aduersus credit, quod sane responsum in hac sententiam sic citauit Alc-

cia, in tract. de præsumpt. regu. 1. præsumpt. 42. num. 2. & prius Lucas de Penna in leg. 3. in præsumpt. 36. & præsumpt. 38. C. de apochis publicis, lib. 10. Et vterque adiungit, quod ob id venditio, & quæ pupillum lædit, ficta & simulata præsumitur, l. vlt. C. si aduers. ven. illud ego nunc addo, contrahentem cum pupillo & præsumi in mala fide, & propterea non vsucapit, l. 2. §. si à pupillo, ff. de vsucap. pro emptore. Et quod de pupillo, & minore dictum est, locum habet etiam in muliere. Nam, & & illa præsumitur facile decipi, §. his consequens, in Auth. de equal. dotis. Et in specie sic annotauit Lucas de Penna in dic. l. 3. in præsumpt. 37. & Alc. in dicta præsumpt. 42. num. 2. qui addit, hoc præsertim procedere ob viri seductionem, §. 1. in Auth. vt immobil. ante nupt. dona. & c. 1. & 2. de adul. Est ratio tamen in muliere quam in minore, quia vterq. & præsumitur ignorare ius suum, l. 1. in fi. ff. de edendo, l. si quis partem, §. 1. ff. ad Maced. l. cum de indebito, §. fin. autem is, ff. de probatio. & l. 2. in fi. ff. de iure fisci, gl. in §. 1. in Auth. de incestis nup. Ale. in consil. 126. n. 8. li. 7. & multis comprobat Nicolaus Arelata nus in additionib. ad Alcia. in d. præsumpt. 42. qui ob id subiungit, & mulierem, & minorem non dici repunctiasse suis iuribus, nisi appareat de eis factos fuisse certiores. Et latè Theaur. in decis. 222. n. 5. qui testatur Senatorem Taurin. hoc seruare. Hinc etiam ex prædictis infert Alc. in d. præsumpt. 42. n. 2. vers. & iõ minor, quod si minor non appellauit à sententia & contra se lata, eo ipso læsus præsumitur, & propterea in integrum restitui debet. Bar. in l. vlt. C. de in integrum rest. minor. Cæterum Alcianus ipse præcitato in loco subiungit, hoc verum esse, quòdo minor allegat ea, quæ pro ipsa & causa dicta, & allegata fuerunt, iuxta l. minor autem magistratus, §. fin. autem, ff. de minor. aliis fecus, vt scribunt Bart. & Alex. in l. nā postea, §. si minor, ff. de iure iur. atque ita possunt conciliari (inquit Alcianus) opinioniones Doctor. in d. §. si minor, & hanc esse communem opinionem, testatur Sfort. Oddo, quem mox referam in q. 36. n. 40. vers. in contrarium est. Aliter distinguunt Fulgos. in dict. §. si minor, & in l. vlt. C. in quib. causis in integrum restit. non est necessaria, vbi Castr. & Jacobin. a S. Georgio, num. 40. Alex. in consil. 115 in fin. lib. 5. Ruin. in consil. 68. n. 21. li. 1. & hos referens Ant. Gabr. in lib. 2. conclus. in tit. de minoribus concl. 1. in fin. ij sane dixerunt, quod minor est reus, aut auctor, si reus est, eo ipso, quod non appellauit, læsus præsumitur, si verò auctor, non. Verum distinctionem hanc reiiciunt Crott. in consil. 276. & in consil. 334. num. 10. & Sfortia Oddo in tractatu de restit. par. 1. q. 36. num. 46. vers. sed contra, qui aliam, & probabiliorē quidem subiungit distinctionem, quod aut loquimur de aliqua probatione saltem summaria, ad docendū qualiter qualiter, de bono iure petentis restitutionem in integrum. Et hoc casu vera est communis sententia, quod. si necessaria sit probatio iustæ causæ. Aut loquimur de probatione plena, faciendā super bono iure minoris, in causa principali. Et hoc casu probatio hæc non est necessaria. Ita procedit opinio aduersus communem. Et hanc distinctionem (inquit ille) in specie probauerunt Præpos. in cap. ex ratione, num. 70. de app. & Rota Rom. in decis. 30. de rescrip. in antiquis, & alibi. Et Rotam secutus est Crau. in consil. 179. num. 8.

Ex prædictis etiam infertur, minorem præsumi læsum eo ipso, quod & compromissit, l. si minor 25. annis filiof. §. minores, ff. de minor. quo loci gloss. & Doct. rationem esse scribunt, quia per & compromissum aufertur minori beneficium appellationis, l. 1. ff. de receptis arbitris, & in specie Corn. in consil. 178. lib. 3. & scripsi in libr. 2. de Arbit. iudicum, casu 171. num. 43. si tamen & coram principe, vel eo auctore, factum est compromissum, minor non præsumitur læsus. Ita respondit Alc. in resp. 369. num. 5. & 6.